carniſ appellatur · Sacerdoſ · quia ſemet ipſum
pro nob patri hoſtiam optulit · Petra pro eo quod fir-
mitaſ ſit credentium · offenſio et ruina incredulorũ
Lapiſ angulariſ quia nouũ et uetuſ teſtamentum · ueluti
duoſ parietes ex aduerſo uenienteſ tamquam angulõſ
ſibimet copulauit hac fide unitatem coniunxit · homo
quia ſecundum carnem ex uirgine natuſ eſt · paſſibiliſ atq mortaliſ.
LEO · propter regnum et potentiã pro qua in morte diabo
lum uicit · Vitulus quia propter ſalutem gentium im
molatuſ eſt · Aquila propter quod reſurgenſ ad aſtra caeli
reuolauit et ad ſedem patriam unde uenerat redit

VIII INT̃ NATIUITATẼ XPI UEL NRÃM

hoc inter eſt · quod omniſ homo quod ex delicti lege con
ceptuſ eſt ille autem non ex concupiſcentia carniſ uel ex
uiri coitu ſed de ſpũ ſcõ natuſ eſt · naturam quippe traxit
originẽ non culpam praeuaricationiſ · Corpuſ ex uirgine
ſupſit uirginitatem maternae carniſ non abſtulit ·
ITEM NOS EX UNA generatione ſubſiſtemuſ. Ille
ex duabuſ diuinitatiſ · et humanitatiſ · Sed ex prima
natiuitatẽ ſupſit · Ex altera creationem · Natuſ enim
diuina generatione factuſ humana · primum fuit · ſine tem
pore · Secundum in plenitudine temporũ ·
ITEM noſ ex duabuſ ſubſiſtimuſ ſubſtantiiſ corporiſ
uidelicet atq · animae · Ille ex tribuſ · uerbi corporiſ
atq · animae · Inde eſt quod pfectuſ homo · pfectuſ p̃dicat
et dr̃ habenſ in ſe geminã ſubſtantiã · et diuinitatiſ ſuae
et humanitatiſ noſtrae
· hoc

VIIII · ITE DISTAT INT̃ MORTẼ DÑI ET NOSTRÃ.